



# **Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten**

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere  
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen  
Verhältnisse]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1843**

CLXXIII. Vertrag zwischen dem Römischen Könige Rudolph und dem  
Könige von Böhmen und Polen, Ottokar, worin sich beide Theile dem  
Schiedsspruche des Markgrafen Otto von Brandenburg und anderer  
Fürsten ...

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

duxerit conferenda. Et idem Episcopus non confert, nec dimittere poterit, dictam terram ac civitatem Colberg Marchioni Brandenburgensi ullo modo, nisi nos et heredes nostri in ipsa terra tanta incommoda generemus eidem, quod demonstrare patenter posset, quod compelleretur dimittere ipsam terram propter fatigamina ipsi facta. Praeterea idem Episcopus et nos utrumlibet compromissimus in Borconem, Decanum Camminensem, Casimarum et Tellaum Album, quod debent distinguere antiquos terminos terrae Colberg, qui ad ipsam spectabant, quando Borco et Casimarus fuerint Burgravi in castro Colbergk. Et si dictos quatuor nolumus supportare, jurare debent, cum distinxerint, quod distinctionem fecerint plenarie atque iuste, et quod termini hi sint iusti et recti. Item Episcopo et Ecclesiae memoratis dimissimus ipsam terram cum aquis, pascuis, pratis, paludibus, stagnis, rivulis, silvis nemoribus, agris cultis pariter et incultis, usugiis et universis contentis infra terminos memoratos cum omni jure, et transtulimus in ipsos omne jus, quod nos et heredes nostri in terra habuimus praenotata. Item homines in civitate et terra Colberg in perpetuum et nunc existentes, retinebunt eandem libertatem in omnibus, per totum dominium nostrum, quam habuerunt, antequam ipsam terram dimitteremus. Pro dicta terra Dominus Episcopus dedit tria millia marcar. argenti, et dimisit nobis duas villas, scilicet Wochenich et Sedörp, et inter civitatem Dimin et ipsas villas distinguemus terminos et metas, eo modo, quo Dn. Episcopus eos debuit limitare, et pro ipsis duabus villis proprietatem duarum villarum tam bonarum circa Germin aut alias, ubicunque voluerit acceptare, dabimus domino Episcopo praenotato cum tot mansis, quot habent dictae villae. Item Dn. Episcopus medietatem decimae et nos aliam medietatem villarum Pockendörp, Candelin, Drusdow, Golenbeke conferimus, quibus de jure fuerint conferendae. Item expectationem, quae dicitur Anevelle medietatis decimae villae Dobero Dn. Episcopus, et nos alterius medietatis decimae conferimus. Ut autem omnia praescripta vtrobius maneat inconvulsa, idem Dn. Episcopus, et sui duo milites, Ulricus saxo et Ludeko de Laffan nobis promiserunt fide data etc. Actum in villa Bruune, anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo septimo, feria sexta ante Rogationum.

Nach Schoettgen et Kreyssigii Diplom. III, 7 mit Vermeidung der augenscheinlichen Fehler dieses Abdruckes.

**CLXXIII.** Vertrag zwischen dem Römischen Könige Rudolph und dem Könige von Böhmen und Polen, Ottokar, worin sich beide Theile dem Schiedspruche des Markgrafen Otto von Brandenburg und anderer Fürsten unterwerfen, vom 6. Mai 1277.

Dieser unter Vermittlung des Bruno episcopus Olmucensis, Zmilo purchrauius Vetoviensis und des Magister Ulricus notarius auf Seiten Ottokars und dem Friderico purchravio de Nurenberch auf Seiten des Römischen Königs, zu Wien geschlossene Vertrag, enthält in Beziehung auf die Theilnahme des Markgrafen Otto von Brandenburg an der Entscheidung der Streitigkeiten beider Könige, am Schlusse beider in Rudolphs und Ottokars Namen ausgestellten Urkunden, die Worte:

Insuper quiequit preter premissa universa et singula venerabiles Erbpolenfis et Olmucensis episcopi et illustres L. comes Palatinus Rehni, O. marchio Brandenburgensis

et lantgravius Hassie, principes nostri dilecti, vel si eorum copia non haberi poterit omnium, hii de predictis vel alii, quos prefati Olmucentis episcopus et purchravius de Nurenberch ad hoc elegerint, inter nos et regem prefatum infra proximum festum beati Michahelis ordinauerint et etiam pro firmiter solidanda inter nos et ipsum regem concordie statuerint vel decreuerint unione, bona fide seruibimus inconcussam. Pronunciacione vero ab ipsis principibus inter nos et dictum regem Boemie facta, dictorum Olmucentis episcopi et purchravii auctoritas et iurisdictio exspirabunt. —

Datum Wiene, pridie Non. Maii, indictione V. anno domini MCCLXXXVII. regni vero nostri anno IV°.

Nach dem Originale des K. K. Staats-Archives in Wien. Vgl. einen vollständigen Abdruck in Perz Monumenta histor. Germ. IV. Leg. II, p. 414. 416.

**CLXXIV.** König Waldemar von Schweden verspricht den Markgrafen von Brandenburg, Johann, Otto und Konrad, unter gewissen Bedingungen Gotland abzutreten, am 8. September 1277.

Nos Waldemar, Dei gratia rex Sweorum, et Sophia, uxor nostra inclita, nec non heredes nostri, recognoscimus uniuersis Christi fidelibus in perpetuum, quod inelitis principibus Dominis Johanni, Ottoni et Conrado, Marchionibus Brandenburgensibus magniucis, et eorum heredibus terram Gotlandie integram damus et dedimus ad hereditatem iustam et ad proprietatem rectam perpetualiter possidendam, sub ea tamen forma, Si Marchiones predicti per se vel per alios vel cum aliis nobis medietatem honorum in regno Swecie jacentium placitando seu quocunque modo alio poterunt obtinere. Insuper ad istam Gotlandiam quatuor millia marcarum argenti fide data promissimus eisdem Marchionibus in annis quatuor persoluisse. Sed quolibet anno semper promissimus soluere mille marcas tam diu, donec sint ipsis Marchionibus quatuor marcarum millia persoluta. Verum si terra Gotlandie in partem nostram non ceciderit, extunc dictis Marchionibus dare promissimus et dedisse aliam terram tam bonam, sicut Gotlandia, ubicunque illam Marchiones predicti decreuerint acceptare. Sed si predicti Marchiones placitando non possent nobis obtinere superius nominata, quecunque tamen ipsi Marchiones per se vel cum aliis placitando vel quocunque modo alio nobis ultra nostram hereditatem poterunt obtinere, de hiis omnibus ipsis Marchionibus et eorum heredibus damus et dedimus partem tertiam proprietatis et hereditatis titulo perhenniter possidendam. Preterea si regnum Swecie unquam magis integraliter ingressi fuerimus, quocunque casu hoc acciderit . . . . . ad illa bona superius nominata, que dedimus et damus Marchionibus Brandenburgensibus antedictis, nunc de nouo addimus et addimus ipsis et eorum heredibus terram utique Gotlandie ad iustam hereditatem et veram proprietatem perpetualiter possidendam. Nos quoque Waldemar, Dei gratia rex Sweorum, et Domina Sophia, uxor nostra inclita, nec non heredes nostri, omnia infra conscripta Marchionibus Brandenburgensibus antedictis fide prestata corporali promissimus perhenniter et inuolabiliter obseruare. Ne autem alicui super ista donatione ambiguitatis materia possit in poste-